ad Evictorem, Vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praeterea Vltra proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellationes, ac earumque sequutiones faciendo ac praemissa omnia pro omnibus singulisque Vel triplicatis, Euasionibus, Suspensionibus, fatalijs Iuris, proteruie Terrestri, bello, Conuentioneque, ac alijs omnibusque Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo. Ita sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Idem Lucki Filiastro suo obligat.

1000 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Andreas Lucki, olim Nobilis Jacobi Lucki Filius, Sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibusque recedendo, praesenti Vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognouit. Quia ipse Bona sua propria et haereditaria infrascripta, Videlicet Polowicę Paclawszczyzny. Item in sorte Maynichich, tum et Bilinskich in bonis Villae Bilina, Terrae et Districtus praesentis Premisliensis iacentis et consistentis. Cum omni praemissorum Iure dominio pertinente, tituloque obligatorio, cumque omnibus

et singulis eorundem bonorum utilitatibus, fructibus pro-
ventibus reditibusque, commodis, emolumentis, obventionibusque,
attinentiisque et pertinentiis generaliter universis. Nihil
ex praemissis iuris, dominii, proprietatis ac cuiuis competentiae
et praerogatiuae pro se Recognte, suisque successoribus aut quopiam
aliis reseruando seu excipiendo, verum ea, ita, longe,
circumferentia breuique, quibus eaque bona ipsemet Recognus
tenuit, habuit, et possidebat, ipsumque concernebant, ac
eodem legime seruiebant; iam ex nunc et de facto Nobili
Semioni Lucki, sui Recognotis filiastro, eiusque successoribus,
in summa sexaginta florenorum polonicorum, hinc et ab Festo
praesenti ad festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli
post triennium proxime venturum incidens, et in defectu
extunc eorundem bonorum exemptionis, summaque
in vatae sexaginta florenorum polonicorum totalis et integrae
realis persolutionis, extunc de triennio ad triennium
festo ad festum praedicti simili die et festo Conversionis Sancti
Pauli Apostoli sese determinandis trienniis et festis
sese continue et immediate sequentibus, usque ad exem-
ptionem bonorum eorundem summaeque in vatae totalis
et integrae realem et effectualem persolutionem, obliga-
uit, inscripsit, et inuadiauit, prout obligat, inscribit, et in-
uadiat praesentibus. In quo quidem bona supra praemissa
omnia praesentes per se Recognotis obligata et inuadiata
eam ex nunc et de facto idem Recognus Nobilis Andreas
Lucki praefato Nobili Semioni Lucki, sui Recognoscentis
filiastro et obligatario, eiusque posteris, coram officio
praesenti dat et admittit realem intromissionem et actualem
pacificamque possessionem, per Ministerialem quemcunque

540

competentem, et Nobiles duos die quacunque Vobiens offi
ciose acceptandam, per ipsum obligatarium suum ipsiusq
posteros, hæc eadem bona, præmissaq omnia prætitulata inua
diata, cum Vniversis eorum Vtilitatibq et Vsufructibq
attinentijsq et pertinentijs generaliter Vniversis tenend
habendi et possidendi, illisq quiete et pacifice Vtifruend,
ac ad Vsus suos, suorumq Successorum quosuis bene
placitos libere et effectualiter conuertendi modo ac
iure obligatorio. Debebitq et tenebitur memoratus
Reurgis pro se, ac suos Successores, in et super bonis suis ge
neraliter omnibq, Summisq prætitulatis quibusuis habitis
et habendis eidem supra obligatario suo inscribit et oble
gat prætitulatis, ipsum et eius Successores, in dictis bonis, præ
missisq omnibq prætitulatis per se Regnantem inuadiatis, et ratione
eorundem omnium, ab omni et qualis impetitione
iuridica quarumcunq personarum, cuiuscunq conditionis,
Status et Sexus cuiusuis existentium propria in omni
Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit
tueri, defendere, expedire, intercedere, et liberare inde
maneatq cum posteris reddere, necnon hæc eadem bona
præmissaq omnia prætitulata per se Regnantem obligata et inuadi
ata ab omnibq in genere Iuribus et Inscriptionibq prioribq
et posterioribq super præmissa omnia modo quouis cuicunq
personarum factis et faciendis, tum etiam a quibusuis
fatationibq super eadem bona supra modo quocunque
impetratis et impetrandis, Iuribus denique et Oneribus, prescripti
busq Iuris quibusuis, in quocunq numero et gradu
Iuris dependentes et in quouis Iudicio et Officio Regni
obtentis et obtinendis, ac super præmissis omnibus prætitulatis

obligatis modo quovis perductis et perducendis emundare et
eliberare, munda et libera semper facere, ac etiam Intro
missionem praefatam coram Officio praesenti admissam, in fundo
bonorum eorundem praesentibus inscriptionis obligatoriam, dum per Ministerialem
competentem, et Nobiles duos offitiose requiretur non denegare
imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter ad
mittere, datamque et admissam eandem possessionem et usumfructum praemissorum
omnium praesentibus inscriptionis obligatorum quovis modo tam per se, quam
per suas quasvis submissas et subordinatas personas
non impedire nec adimere ipsumque obligatarium suum et
illius posteros, in praemissis omnibus praesentibus obligatis nullo
modo inviniare, ita ut hac eadem bona, praemissaque omnia
praesentibus inscripta idem obligatarius suus, cum suis posteris
quiete et pacifice praesentis Inscriptionis obligatoria vigore
tenere, habere, et possidere queat, illisque uti frui possit usque
ad Exemptionem bonorum eorundem summaeque memoratae
totalis et integrae realem ac effectivam persolutionem,
idque sub vadio simili summae sexaginta florenorum
polonicorum per eundem Inscribentem, suosque eius Successores supra
obligatario suo, ipsiusque successoribus, ob non completionem
praemissorum omnium et singulorum tam in parte, quam
in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum suc
cumbendo, quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum
succumbito, nihilominus principali eo praemissis non completa
complenda stratus eius minus Recognoscens Nobilis Andreas
Luchi, suique eius Successores, ad instantiam praefati Nobilis
Semionis Luchi Filiastri eo obligatarij sui, velut eius Successorum,
ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliensis, ex tunc
recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat

semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare, iuri parere, respondere, Vadium [et] factum luere, Inscriptioni huic Satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq[ue] ac suos Succesores ad ea omnia inscribit et obligat praesen[ti]. Illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequen[tes] Causae eiusdem terminos semper peremptorios. Vera infirmitate [et] maiori, metu venerabilis Sacrorum, Legione intra Vel extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta, ad Evictorem vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, a Inscriptione [et] terra Ultra proximos Officij praesentis Castren[sis] Capitanealis Premysliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq[ue] Motiones, appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia perdris Simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, [et] alijs Iuris, protectione Terrae, bello, Conventiones, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Haec sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Iaworski Czernakowicz Consorti Reformat.

1009 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Hrehorius Czernakowicz Iaworski, olim Nob[ilis] Theodori Iaworski Czernakowicz filius, Sanus mente et corpore existens, a Terris, Debitis, Iuribus Iurisdonibusq[ue] suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castren[si]